



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De artificio implendæ periodi. Capvt XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

vno (quas simplices continuaciones nominamus) continentur. Quando enim membrum longitudinem, & flexum in fine habuerit, tunc vnius membra ambitus efficitur, vt *Hγραφησθετησ πολὺ φῶς παρέχεται τοῖς Τάκτοις πανδιάβοις*, ubi autem multa iunguntur membra, enitendum est, vt ironatione amplum, & dignitatis plenum cadat circumscriptio.

Als  
Ut vere periodus sit moderata, cautio adhibenda est, ne membris longius excurrentibus vitam, alioquia compositio immoderata, & ad intelligendum difficilis efficitur; Nam, neque ars poetica ultra hexametrum progressa est, nisi alicubi in paucis.

Aque ut redundantia orationem non decet, sic, neque exiguitas ob icunam, & angustam nominum structuram, qualis haec est, vita breuis, ars longa, praecips occasio, quam ille *Χερεψαίτο πετελεύ οὐ εύκαλα φρόντον* vocat.

Haec fermè nobilis sophista, qui profecto, dum maiores periodos omnes, quatuor hexametris circumscribit, viderit mihi de vestis magnitudine, aut parvitate decernere, an tequam corpus nouerit. Primum concipienda est mente sententia, deinde illi periodus, vt vestis accedit. Itaque, cum quis orator versetur in illo tenui, & climo genere dicendi, nec habet amplam rerum congeriem, molioribus fermè numeris explet sententias, at vero, cum in rebus exaggeratis adiunctorum obseratur multitudo, sèpissime extra istas deliciatorum Rhetorum ripas, vibratus orationis impetus effervescent.

Recte dixit Xenophon *Ἐφίκοντο οἱ Ἑλλεῖς ἐπὶ τὴν εὔσον πόλιμόν. οὐτος δὲ οὐ μέγας ποὺ καλός δέ.* Venerunt Graci ad Teleboam fluum, hic magnus quidem non erat, amarus tamen. & peruerit gratiam periodi, qui ita extulit, erat quidem ille magnitudine multis inferior, at ceteros amarus ete longè antecellebat.

Peruerit, inquam, quorsum: quia pygmæo grandiores cothurnos aptare voluit, quam pedis mensura pateretur.

At vero, si mihi non Teleboas, sed Tigris, aut Ister extra ripas effervescent delerendus, qui se vasto quodam impetu restagnans efficerat petulantius, qui agros anteā alendis frugibus mites, nunc delolatos obruat, qui sudatos tot mensibus agicolarum labores proterat, qui segetes in culmum iam erectas,

& læto partu luxuriantes decutiat, qui boues hauriat cum suis laboribus, qui supra miserorum agrestium mapalia feratur ellus, & torrens, qui obstantes frustra moles, per nexus operum manans excindat, qui infusa etiam mortalium capita, & abreptos à complexu matrum paruulos communis ruita lepeliat, quis tuus me iubeat quatuor hexametris orationem circumscribere.

Prima igitur lex magnitudinis in periodo est circumscriptio sententiae, & notionis, quae est in mente; haec si grauis est, & multarium rerum comitatum habet, longiores amatores tractus verborum; si contra breuis, vel modica, ut in attenuato, & mediocri genere fieri solet, puerilis est ingenij diffusus extende-re.

Deinde etiam in graui genere videndum est, ne longiores illæ periodi irrepant ex affectatione, sed necessitate quadam fluere videantur, ne multe grandiores continuentur, ne elidant spiritum dicentis, ne ramentis, & quisquilijs, hoc est, minuris sensibus sint op-pletæ, & quasi bullatis mugis intumescent.

#### De artificio implenda periodi.

##### CAPUT XIII.

**A**mplificandæ igitur periodi artificia plurimum confert ad eloquentiam, de quo hic pauca subitungam. Amplificatur autem periodus quinque modis.

Primo per definitionem.

Secundo per enumerationem.

Tertio per interpretationem.

Quarto per congeriem, sive incrementum.

Quintò per adiuncta, sive per circumstan-tias.

I. Per definitionem: ut pro Milone Cicero cum posset dicere vidimus curiam incendi. Verbum illud definit, & ita amplificat. Vidimus templum Sanctitatis, amplitudinis, mentis consilij, publici caput urbis, aram sociorum, portum omnium genitum, sedem ab uniuerso populo Romano concessam vni ordinis, inflammari, excindi, functari.

II. Per enumerationem partium. Ut cum esset satis dicere, omnes lugent Clodium, tamen partibus ita enumeratis exornat. PUBLI Clodi mortem æquo animo nemo nemo ferre potest. LUGET Senatus, MÖRET equester

O O O O O

Quid, rem notat, factam, dictam, cogitatum, opus, quod fit, fiet, aut factum est.

Vbi, designat locum, in quo res est, fuit, erit, fit, fiet, aut facta est.

Habet locus varias species exprimendas, quas commemorat Cicero in Partitionibus oratorijs, vt, si sit sacer, profanus, publicus, priuatus, commodus, incommodus, angustus, amplius, apertus, clausus, inferior, superior, munitus, immunitus. Tempora sunt pacis, & belli, induciarum, anni, quoque partes enumerat: hyemem, ver, aestatem, autumnum, menses, hebdomadas, dies festos, nefastos, noctem, diem, &c.

Auxilium complectitur, praesidia, vires, caussas adiuuantes, corporis, & fortunae bona, instrumenta animata, vt seruos, adiunctos, inanimata: vt sicam, gladium, hastam, tormenta. Quoties significat numerum quemcunque, aut iterationem rei factae, aut facienda.

Cur, Caussam maximè efficientem exprimit, aut finalem, aut facti, aut dicti: vt, quo consilio, cuius respectu, reipub. religionis, amicorum, rei priuatae, tyrannidis, Iueri, qua spe, quo meū: quo dolore: qua lætitia? &c.

Quomodo, indicat modum, quo res facta est, aut fit, aut facienda est, qui modus, aliquando designatur breviter per aduerbia, per ablatiuos, per comparatiuos, per similitudines aliquando, latè, & copiosè per alias circumstantias explicatur, vt, si mortis, aut pugnar modus referatur.

Quando, tempus refert, quo quidpiam fit, fiet, aut factum est, in hoc genere sunt, tempora pacis, & belli, induciatum; anni partes, autumnus, hyems, ver, aestas, mensis, hebdomadas, dies festus, nefastus, feracaus, pluvius, nox, vespere, mane, meridie.

Nunc illustre exemplum subijcam, quo artificium Ciceronis in eo deprehendas. Vis intuiti quid possit ista amplificatio, finge tibi hanc periodum. Quæ præcatus sum cum consulem L. Murænam renuntiavi, eadem precor, & vt vos cum populo Rom. confentriatis. Age, perspice nunc, vt est immutata per adiuncta, congeriem, &c.

Quæ præcatus sum à Diis immortalibus, iudices, more, insitutoque maiorum: illo dic, quo aupsicato comitijs centuriatis Lucium Murænam Consulem renuntiani, vt ea res mihi, magistratuque meo, populo, plebique Romanae, bene, atque feliciter cugenret, ea dem.

*Naturalia  
vel fortui-  
tae.*

ordo, tota ciuitas confessa senio est, squalent municipia, afflictantur Coloniae, agri denique ipsi, tam beneficium, tam salutarem, tam manuetum ciuem desiderant. Hæc dilatandi ratio pulcherrima est, & præstantissima, cum totum in partes diducimus.

III. Per interpretationem. Ex verbo protrahitur oratio, cum, quod semel uno verbo dictum, idem alijs verbis eiusdem significacionis repetitur: Sed magnus esse debet distinctionis delectus: vt, An vero, iudices, vos soli ignoratis: vos hospites in hac urbe versamini, vestre peregrinantur aures, neque in hoc perutato sermone ciuitatis versantur. Cicero 2. Philippic. Tu ingredi illam domum ausus es: tu illud sanctissimum limen intrare? tu illarum ædiorum Diis penaribus os illud importunitissimum ostendere? Huius generis apud Ciceronem innumerabilia pene sunt exempla, & plura, quam apud Demosthemenem.

IV. Per incrementum, siue congeriem, vt abiit, excessit, euafit, erupit: & ita multa synonyma à Cicerone congeruntur, quæ nihil faciunt ad interpretationem, ad amplificationem multum.

V. Per adiuncta, quæ septem enumerantur. Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Quis, significat personam, cuius adinneta sunt, vel à natura, vel à fortuna. A natura, homini insint animi, aut corporis bona, vel mala, animi bona sunt, virtutes, & scientiae: mala, viria, & ignorantia.

Ad eadem quoque pertinent omnes artes, & scientiae, quibus quisque potest praeditus esse, & quarum usus, aut bonus est, aut malus, præterea vis naturalis, & ingenium, indoles, memoria, & alia. Affectus, ira, odium, lenitas, amor, cupiditas, lætitia, metus, spes, dolor, misericordia, clementia, & alij. Corporis bona sunt proceritas, forma, dignitas in viris, venustas in foeminae, velocitas, pulchritudo, vires, valetudo, robur, sexus, & cetera.

Corporis mala sunt, nimia paruitas, enorism proceritas, deformitas, infirmitas, tarditas, mutilatio, claudicatio.

Fortuna bona, aut mala sunt, nomen, genus, propinquus, affines, liberi, amici, educatio, studium, opes, honores, potestas, magistratus, liberas, diuitiae, nobilitas, mores, &c. ex quibus quavis notatio duci potest.

-dem precor ab ijsdem dijs immortalibus, ob eiusdem hominis, consultatum vna cum salute obtinendum: Et, vt vestræ mentes, atque sententiæ, cum populi Romani voluntate, suffragijsque consentiant, eaque res vobis, populoque Romano pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque adferat: Et ex eo licet videre, quæ sit iusta periodi amplificatio, habenda enim est ratio perspicuitatis, nec multa sunt cum obscuritate promiscuè agglutinanda, Caudum quoque, ne dum amplificatio- nis studio abducimur, periodus in nimia magnitudinem exercerat, nisi forte sit distributio, aut enumeratio, & similes amplificati- onis figuræ.

*De delectu, & compositione nominum, ad venustandam periodum.*

CAPUT XIV.

Cic 3. de  
st. m. 169.

**A**genunc, quoniam protrahendæ periodi rationem habes, quæramus venustandæ modum, is autem est duplex, in delectu scilicet, & compositione verborum: legenda sunt, vt precipit Cicero, consonatia, grauia, lenia, nitida.

Consonantiora sunt superlativa positivis in graui pænitentia genere dicendi: vt pro lege Manil. Quanquam mihi frequens conspe- ctus vester multò iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus est visus, Qui- rites.

Item verbalia præstant plerunque, vt, *Do- minatrix animi cupiditas*, consonantius est, quam si dominam dicas, regnatorem *Asia* gra- vius protulit Virgilius, quam *regem*.

Ad summum composita, vt grandiora sūt, sic vocaliora, pro Roscio Amer. Parentum penas à confraternali filiis repetunt. Sic, confusitate, permouere, excruciare, meliora sum, quam fluprare, mouere, cruciare.

Grauiora sunt, quæ maiorem vim, aut bo- nitas, aut malitia ostendunt, quæque magis aut prodest, aut nocere videntur.

**Cic. de orat.** Leniora sunt, si virentur fōrdida, & abiecta, licuit Martiali inquinato vocabulo uti, quod Cicero melius exp̄ssit per detrac- tionem confessi, consumptique cibi, nolo dici, morte Africani castratam esse Rempub. nolo

stercus curiae dici Glauciam, quamvis sit sim- ple, tamen est utrobique deformis cogitatio fa- militudinis.

Hæc vbi lecta fuerint vocabula, magno deinde artificio sunt coniungenda: siquidem felicissimus est dicendi modus, cui rectus ordo, aut apta iunctura, & cum his numerus oportune cadit: quod si negligatur, plurimum de oratione detrahitur suauitatis. Sex vitia contra compositionem norat Cicero.

Primum est concursus, & hiatus vocalium, quæ vastam, & incomptam orationem red- dunt, vt; *Vaccæ anæ amerissima*. Et, *Ego omni officio*, quanquam Ciceronianum est, sed in fa- miliari colloctione toleratur.

Secundum eiusdem literæ nimia assidui- tas, quæ rixetur in orationis commissura, vt; Rex Persarum Xerxes pontum pedibus per- transiuit. Aspera sanè, & iniucunda hæc oratio, propter asperos consonantium con- cursus: melius, si quis ita commutet; Exerxes opulentissimus Rex Persarum, cum in Græ- cian venire decreuisset, super Hellespontum fabricato ponte, pedibus ipsum mare pertran- siuit.

Tertium, eiusdem verbī nimia assiduitas, vt, Nam cuius rationis ratio uon extet, ei ra- tioni ratio non est fidem habere.

Quartum, nimis crebra Homeoptota, vt; Veniunt flentes, plorantes, lachrymantes, ob- testantes.

Quintum trajectio verborum, & transpo- sitio inconcinna, quo in vitio est Lucilius po- éta, vt sapè, tum in hoc versiculo:

*Has res ad te scriptas Luci misimus Aeli.*

Nec mirum, si stans pede in uno trecentos versus similes compонebat. Affectata est au- tem ista compositio Mæcenatis, *inter jacra- mout aqua fraxinos*, & ideo peruerita.

Sextum, longa verborum continuatio, & nimis prolixia periodus, quæ &cauditoris aures, & oratoris spiritum lēdit, nisi tamē necessaria videatur aliquando perigraphe, quæ est ex- cessus supra iustum periodum, propter multi- plicem partium enumerationem.

His adde amphiboliq; orationis, & col- lidentia nomina, vt, *res inuisa via*, & multa monofylla leuius sublitania, & si quæ ex postrema syllaba antegressæ dictionis, ac pri- ma consequentis fiat nominis deformitas.

*Ordo, & collatio.*

Ordo, & collatio verborum hoc exigit, vt in simplicibus leuiori postponatur grani-

O O 2

us.